

rencii et Erici meritis confisi, Quatraginta dierum indulgencias die quolibet premissorum, de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. In Cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud ecclesiam wixtadhe, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> decimo, Dominica Quasi modo geniti.

*På frânsidan.* Indulgencie episcoporum in precipuis festis.

Sigillet borifallet från den ur brefvet klippta remsan.

1667.

1310? Odateradt.

Ärkedjeknen OLOFS redogörelse för dess uppbörd af Ärkebiskops-tionden i Attundaland.

A. 7. a. \*).

Me OLAUO archidyacono vpsalensi procurante decimas archiepiscopales per attundiam de mandato Capituli vpsalensis, Primo anno misi in gutlandiam, cum Johanne Ottason, XIII. lestas annone cum dimidia que vendite sunt in Wisby, pro viginti octo marchis, et quatuordecim solidis argenti puri, et octo marchis gütensis monete, quas commisi domino Mathie canonico vpsalensi, Item in secundo anno misi Wisby per eundem Johannem ottason Quatuordecim lestas annonas de vtby ét saehundære, et de aker sedecim lestas, que eciam vendite sunt in Wisby pro quinquaginta septem marchis cum duabus oris argenti, quas similiter commisi domino Mathie canonico vpsalensi, Item commisi domino canonico vpsalensi in stocholm Triginta sex lestas annone cum dimidia, et quatuordecim modios annone. De colonis domini mei archiepiscopi in parochia aker recepi decem et octo marchas denar., cum quatuor solidis de pecunia que dicitur afrad, Item recepi de colonis in løstum decem marchas cum dimidia, et quinque solidos denar. cum antiquo debito, Item recepi de colonis in munzø Triginta vnam marchas cum dimidia et vndecim denarios Item de colonis de morgha iuxta fløtasund quatuordecim oras denar., Item recepi de domino johanne de loon monetario in stokholmis sex marchas denar., pro curia domini mei archiepiscopi prope stocholm sita karlaby nuncupata quam conduxit, Item vendidi quindecim cutes bouinas, que remanserunt in løstum de mortalitate pecorum pro quinque marchis, Item vendidi stocholmis quatuordecim lestas annone pro viginti octo marchis denar. que eciam venerunt de løstum, Item vendidi duas lestas annone stocholmis, pro quindecim marchis denar., Item recepi de domino ømundo in odhinshargh de cathedralico octo marchas denar., et de domino Rangnero in Lennum eciam de cathedralico quatuor marchas denar., Item vendidi vnam lestam annone que venit de alseke et

\*.) Ur en af Upplands Lagman Birger Pehrsson m. fl. utgifven vidimation af d. 17 Maj 1310.

sictonia pro septem marchis denar., Item recepi de sakøri in attundia quindecim marchas denar., Summa CLX<sup>ta</sup> marche denar., de istis per me sic leuatis uel receptis, In primis commisi domino Nicolao scolastico vpsalensi viginti marchas denar. de mandato Capituli, Item solui domino johanni de resbohundere canonico vpsalensi decem marchas, Item comisi johanni gasaboghi viginti quatuor marchas de pecunia domini mei archiepiscopi ex mandato capituli, pro quibus in pignorauit preedium suum videlicet duas oras terre in skulhambri, quam terram redemit et pecuniam capitulo recommisit, Item expendimus dominus Øyarus, magister nicolaus et Ego, stocholm eundo et ibi manendo in ecclesie negociis sex marchas, Item solui pro mantello et tunica villice in aker octo marchas, et pro capa et tunica villici ibidem octo marchas, quas dominus meus archiepiscopus, dominus Nicolaus bone memorie eis promisit dum adhuc viueret, Item solui pro tunica iohannis in norum quatuor marchas, Item solui pro Tunica villice in alseke duas marchas, Item commisi domino gunnoni vicario de choro quatuor marchas quando iuit in ostgociam et westgociam in negociis ecclesie. Item expendi, Nycopiam eundo et redeundo cum exiret dominus meus de Nycopia .VI. marchas. Item solui pro tela ad saccos farine marcham denar. Summa, Nonaginta tres marche, Item Teneor domino meo archiepiscopo Nouem marchas argenti puri cum dimidia pro quibus eciam vendita fuit annona in guthlandia, Item Teneor ego Olauus archidiaconus, fabrice ecclesie vpsalensis in vniuerso et per singula decem et octo marchas denar. et duas oras cum quatuor denariis. Item Teneor ecclesie mee de bæling in vniuerso viginti septem marchas denar. Isti Tenentur domino meo archiepiscopo pecuniam pro annona, dominus Magnus gregorii, duodecim marchas denar., et in pignorauit preedium suum videlicet sex solidos terre in parochia resbohundere villa greni, Item johannes byrgirsson octo marchas qui eciam in pignorauit preedium suum videlicet duos solidos terre in villa Østerrør parochia Riud. Item de Crokæstum hidhinnus quatuor marchas denar. pro dimidia lesta annone. Item Olauus de løghamar, quatuor marchas pro dimidia lesta annone, Item tenetur domino meo archiepiscopo dominus petrus de Ringbohered tres marchas argenti puri, uel Tredecim marcas denar. cum dimidia pro duabus festis annone.

1668.

1310 d. 17 Maj.

Upsala.

Upplands Lagmannen BIRGER PEHRSSONS, MAGNUS GREGERSSONS, Priorn i Sigtuna ISRAELS och Minoriter-Ordens Föreståndare Nels vidimation af Årkedjeknen Olofs föregående redögörelse.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis BYRGERUS PÆTERSSON legifer vplandiarum, MAGNUS GREGORSSON, Frater JSRAEL prior sictuniensis. v . . . s